

I N N U M E R A  
T. H E O R E M A T A  
CIRCA FORMULAS INTEGRALES  
QUORUM  
DEMONSTRATIO VIRES  
A N A L Y S E O S  
SUPERARE VIDEATUR.

Auctore  
L. EULERO.

---

*Convent. exhib. die 18 Mart. 1776.*

---

Fundamentum horum Theorematum in eiusmodi formulis integralibus  $\int V \partial x$  est constitutum, quarum valor a termino  $x = 0$  usque ad certum terminum definitum  $x = k$  per expressionem finitam assignari queat. Quod si enim istum valorem littera  $P$  designemus, ita ut sit  $\int V \partial x \left[ \begin{smallmatrix} \text{ab } x = 0 \\ \text{ad } x = k \end{smallmatrix} \right] = P$ , quoniam ipsa variabilis  $x$  in  $P$  non amplius inest, ea tanquam functio alius cuiuspiam quantitatis  $p$ , quae simul in functione  $V$  contineatur, spectari poterit; tum autem sub iisdem integrationis terminis innumerabiles aliae formulae integrales tam per differentiationem quam per integrationem, quemadmodum jam aliquoties fusius exposui, derivari possunt, quae sunt: